



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum S. Ursul. V. & M.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](#)




## FESTUM S. URSUL. V. & M.

THEISIS I. Adolescentularum non est *Lans*  
*numerus*. Cant. 6, v. 7. Bea-  
tissima Virgo est Regina Martyrum, &  
Regina Virginum, Regina Fidelium,  
hæc tria Regna communicavit S. Ur-  
sulae, utpote, quæ Regina est plurimum  
millium Fidelium, Martyrum, & Vir-  
ginum. Ea tamen interest disparitas;  
quod omnes Christiani, quorum MA-  
RIA Regina est, non sunt *Martyres*:  
quod omnes Martyres, quorum MA-  
RIA Regina est, non sunt *Virgines*: quod  
omnes Virgines, quorum MARIA Re-  
gina est, non sunt *Prudentes*. Econtra  
omnes Christianæ, quarum Ursula Re-  
gina est, omnes sunt *Martyres*: omnes  
*Martyres*, quarum Ursula Regina est,  
sunt *Virgines*: omnes *Virgines*, qua-  
rum Ursula Regina est, *Prudentes*, &  
Sanctæ sunt. Durand.

THEISIS II. Non patietur vos ten- Tentatio-  
S tari

tari supra id, quod potestis. I. Cor. 10.  
v. 13. Si tentans, Fuge, Ora, Pu-  
gna. I. Fuge, si potes, nam fuga haec  
non est ingloria, imò gloria, maxi-  
me in pugna Castitatis. II. Ora, si  
non potes fugere, ita Christus consulit,  
imò præcipit Iustus Apostolis in Monte  
Oliveti. III. Pugna, si tentatio non  
cessat, & quidem animo: è quia Deus &  
auxilium præberet, & coronam promit-  
tit. Nepreu in Reflexionib. Christianis  
12. Jul.



## FESTUM S. FRANCISCI XAVERII.

*Causa Jana* **T**HESIS I. Qui enim sanctificat  
est utatis. & qui sanctificatur, ex uno omni,  
Hebr. 2. v. 14. I. Sanctus Xaverius  
fuit Sanctus, quem Preces Sanctorum  
convertebant. II. Sanctus, qui suis  
precibus alios Sanctos effecit. Prima  
constat ex oratione S. Ignatij, & Ma-  
gdalenæ Sororis Patris lui, Monialis  
San-